rennitate Successionum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari; ad munimenta ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitan. Praemisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneque, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo, Hac sua propria personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Heynowiczowna siue Sobestianska Pakosz Quietat.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitan. Praemisliensibus Generosa Catherina Heynowiczowna, olim Nobilis Valentini Heynowicz, cum olim Nobili Dorothea de Mentow olim Nobilis Stanislai Weglinski [illegible] procreata filia, Nobilis vero Ioannis Sobestianski Coniux legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu, sana mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis, quibusvis, proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice aperte expressum recognovit. Quia sibi Recognoscenti per manus Generosi Stanislai Pakosz olim Generosi Michaelis Pakosz fratris germani — et successoris legitimi [illegible], pro summa quod et quanta ex summa originali Duorum Millium et Quingentorum florenorum polonicalium seu alia quavis maiori originaliter per olim

olim Gnosum Nicolaum de Goray Czerny[?] Dapiferum Terrae Sa-
nocen[sis] modo obligatorio super bonis suis haereditarijs villarum
Zarzyce et Piaski et Tribus medijs Laneis agri in Villa Sto-
cince[?] consisten[tibus], memorato olim Gnoso Stanislao Węglinski
Avo sui Recognoscentis et Annae de Radziszow Conjugibus
coram Actis Terrestribus Premislien[sibus] seu alijs quibusvis
Authenticis Regni inscripta invenit et denuatur, seque Reco-
gnoscentem post fata praefatae olim Dorotheae Węglinska
matris suae inter alios sui Recognoscentis Consuccessores
Iure legitimo et naturali spectat et concernit plenarie satisfa-
ctum est. Ob quam eiusmodi praestitam satisfactionem eundem
Gnosum Stanislaum Paluch[?] eiusque Posteros de Summa eadem
ad sortem sui Recognoscentis spectante, Quietat, emittit,
dimittit, liberumque et absolutum perpetuo facit et pronun-
ciat, Inscriptionemque obligatoriam, per eundem olim Gnosum
Czerny[?] recognitam ex Iure suo successorio quoad personam
suam spectat, Cassat, et de bonis certarum sortium Villae Brzo-
zowa[?] Wisnia sibi Recognoscenti in summa eadem ad portio-
nem suam spectan[tem] per eundem Gnosum Stanislaum Paluch, tan-
quam mariti olim Gnosi Michaelis Paluch summae eiusdem
in bonis suprascriptis memorati olim Gnosi Czerny[?] haeredem
Evictoris, fratrem germanum missis et hucusque per se pos-
sessis condescendit, Recognoscens sibi in his omnibus plenarie satisfactum esse.

# Iaworski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen[tibus] Castrensibus Ca-
pitan[ealibus] Premislien[sibus] Nobilis Nicolaus Iaworski Krostaiowski[?] sanus mente
et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque
suis quibusvis proprijs et competen[tibus] recedendo praesenti Iudicio Castrensi
Capitaneali

alias Ligęza